

Nicolaus Leutinger

**Nicolai Leuthingeri Optimarum Artium Magistri, Poetae Laureati, & Historici
Brand. Commentarii In Parte X. Liber**

[Königsberg]: Typis Osterbergerianis, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768574641>

Druck Freier  Zugang





AM
34

63. 1. 8.


2882

Ref. 1688.

~~Pr. 5262.~~







NICOLAI
LEUTHINGE.

RI OPTIMARVM AR-
tium Magistri, Poetæ
Laurati, & Histori-
ci Brand.

COMMENTARII
IN PARTE X.
LIBER.



Anno salutis humanæ
M. DC. VII.

Typis Osterber-
gerianis.

CLARISSIMO VIRO, M NICO
LAO LEUTHINGEROP. L.
& Historico Branden-
burgensi. S.

IAm pridem de tuis scriptis cognoveram,
quæ mihi non vno nomine probabantur.
Videbam enim veritatis studiû illis pro-
positum, & paucis multa compræhendere,
condita in primis antiquitatis sale esse, ne-
que vicinorum Historiam negligere, ita vt
lector in illis cum voluptate versari possit.
Quod verò illa insigni elegantia exornas,
& nomini tuo, operumq; tuorum immor-
talitati rectè consulis. Itaque te multùm
propter ingenium, eruditionem, atque ex-
perientiam admiror. Et quia tãto operè me-
am amicitiam expetas, dabo operam ut in-
telligas, quale meum de te sit iudicium, &
quanti virtutem tuam faciam. In præsentia-
rum ex nostra bibliotheca nostros labores
& æquanimis agnosces, &c. Rostochij.

David Chytræus, D.



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO, DOMINO PHILIPPO IULIO,
Stetinenſium, Pomeranorum, Caſſu-
borum & Vandalorum Duci, Principi Rugi-
æ, Comiti Gatzkoviæ &c. Domino
ſuo clementiſſimo. S.

M. NICOLAUS LEUTHINGERUS.

Magnum eſt in viro ingenuo ornamen-
tum, ſi ad reliqua, vitæ humane ne-
ceſſaria, ſtudia Hiſtoriæ cognitionem
adiungat Quod ſi fortè imperito, quo nihil eſt
iniuſtius, perſuaderi non queat, producatur il-
le in mundi vniuerſi theatrū, inſpiciat regna,
ſcrutetur vrbes, attendat ad ſuperiorum &
inferiorum magistratum gubernationes, ad-
diſcat bellorum rationes, inſtituat peregrina-
tiones, ſuſcipiat profectiones, vivat in ocio vel
negotio, Marte vel Arte, in bello vel toga, ter-
ra mari ve agat, ne quid de alijs mortalium ge-
neri oportunitis, officijs regeram, libenter nobis
A 2 ſcuna

scum, nisi planè stolidus insipiat, fatebitur,
campum Historiæ longè amplissimum esse, v-
sum verò eius tantum, ut nulla facultas ea ca-
rere, nulla Ecclesia, aula, Academia, Civitas,
absq; illa locum tueri, nullum munus rectè ad-
ministrari jure possit.

Facebant igitur ocyus hinc profani fra-
tres ignorantia, ventres crassi, stellæ errati-
cæ, nubes sine aqua, quibus religio non est, abs-
q; fronte, atq; pudore nobis occinere, quid no-
bis cum Historiâ? ut pote, quibus nec cum Deo
ipso quidquam est commune. Tantam scilicet
habent Bibliorum noticiam, ea diligentia stu-
dium antiquitatis sibi habent commendatum,
sic in vitis sanctorum & patrum, velut in spe-
culo, sese intuentur, et ad eorum exemplum vi-
tam suam conformant, ita tempora cum nostris
temporibus, mores præsentis seculi cum ætate
Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum,
eorumq; successorum comparant.

Sed

*Sed quid commune potest esse luci cum te-
nebris, Deo cū Mammone, vitæ cū morte, scia-
entia cum ignorantia, virtuti cum vicijs, glo-
rie cum vituperio, honestati cum infamia? si
quidem in eodem apud istos ponatur momento,
esse Sardanapalum & Socratem: in delitijs
habere auarittam, luxum, Bacchum, Venerem,
et pietati, probitati, Musis, Charitibus placere.*

*Hic patiantur se erudiri, vel saltem in me-
moriâ sibi reuocent, non esse idem, laudari à
laudato, & omnium bonorum execrationem
pati, esse Ciceronem & Catilinam: Curtium et
Coriolanum: Vlysem & Iherusalem: longè
præstabilius censeri, nominis immortalitatem
benefaciendo mereri, quàm sine nomine, sine
re, sepeliri. Si Satbanas Erfurdensis meditatur
dies antiquos, cur non magis cum Davide, ad
normam septuagesimi septimi Psalmi, homo
ad imaginem Dei conditus? Si infans ille est,
qui nescit, quid factum, antequam natus sit,*

A 3 quo

quo nomine nominemus illos, quibus neq. praeterita, neq. praesentia curae sunt? qui cum patriam suam nesciant, quo in loco peregrina externaq. apud illos esse putabimus?

Sed non est instituti nostri, vel respondere inimicis Historiae, vel huius studij laudem atq. commendationem instituere. Quod per se bonum est, alienis encomijs, hederaq. suspensa non indiget, seq. ipsum satis superq. commendat. Quae vis planta ex fructu suo agnoscitur. Si fabulae sua dignitas constat, quid non ex Historia sperabimus? Affine atq. propinquum est fabulis mendacium, Historias perpetuo comitatur velut pedisequa Veritas. Quanto igitur praestantior mendacio est Veritas, tanto potiore sibi praecellentiam praecunctis fabulis vendicat Historia.

Valeant igitur omnes, qui sunt horum studiorum, quibus occupata est Historia, hostes, & bene sit cunctis, qui ea sinceris benevolentiae

tiae

tiæ stipendijs prosequuntur. Oriatur illis lux
matutina, eantq; de virtute feliciter in virtu-
tem, gloria & divitiæ in domo eorum, memo-
ria sit illis æterna, ab auditione mala non ti-
meant. Quales cum fermè sint illi, qui animi
sunt generosioris, bonitatem quoq; amplecti-
mur. Malus ad boni nomen fugit, neq; illud fer-
re potest, ideoq; improbitati libentius habenas
laxat, quàm ut frenum illi inyciat.

Et quoniam mira sit bonorum paucitas, fit
inde, ut non tantum ipsa Historia in contem-
ptum veniat, sed etiam sectatores ipsius odium
potius, quàm favorem mereantur. Hinc non
temerè Plinius conqueri videtur, Scriptores
sui seculi non fuisse in honore, quia homines
laudanda facere desisissent. Quid non igitur
hodie fieret? Cernimus multorū peccata enor-
mia dignitate prætoria, qua sunt ornati, tegi,
& ne deformitas eorum manifesta fiat, scro-
bibus obrui, sed ad tempus, eò, quod ex illis

A 4 canne

cannæ seu arundines vocales enascuntur, quæ
ab artificibus deinde inflantur. Hæ cannæ
sunt scriptorum calami, qui ea quæ gesta sunt
laudabiliter, cum debitis præconijs, quæ verò
turpiter peracta, cum vituperio ob oculos po-
nunt, ut quisq; honesta facere, & turpia fuge-
re sine multo labore asuescat.

Quod si propterea illis Socratis carcer con-
tingat, sciant, illud non novum hodiè. Excla-
mat Italus Romæ, sua scripta minus accepta
fuisse: Effugere igitur, inquit, libet in Bruti-
os, quandoquidem præpinguibus Asinis opti-
mæ segetes in olfactum sordeant. Si iniuria
inferatur, æquo illam animo ferant, imitantes
Davidem, semet ipsum consolantem his ver-
bis, subiecta esto Deo anima mea, quandoqui-
dem ab ipso patientia, quæ in æternum non pe-
rabit. Cum Deo faciãt virtutem, quoniam va-
na solus hominis, qui in tribulatione dabit au-
xilium, ut liberati ab omnibus necessitatibus,

CUM

cum incolæ illos premant, alienigenæ amici fi-
ant: Precibus etiam fatigent Deum, qui sal-
uos facit rectos corde, ut à persequentibus sal-
vum innocentum animam statuatur, assistens à
dextris pauperum, videat humilitatem & la-
borem eorum, dirigatq; in conspectu suo viam
propter inimicos illorum. Assiduitate tandem
& constantia ulciscantur inimicos, ut uideant
& irascantur plenius, dentibus suis fremant
atq; tabescant, pereatq; desiderium eorum to-
tum, quo bonis malè volunt.

Cum igitur in horum numerum me accen-
seam, diuinitusq; me in hanc stationem positum
agnoscam, equidem, quod omnibus placere &
satis facere impossibile sit, eandem ingressus
viam patienter acquiesco in voluntate diuina,
ferens omnes insultus Satanae eiusq; complicū,
qui etsi omninò tales sunt, ut nec infernus por-
tenta tristiora eructare possit, attamen ad ul-
timum me hæctenus, quia Veritatis admini-

A 5 str

0100

strum magis custodiant quæ non videntur,
quàm quæ videantur, expugnata constantia,
captivum ducere nequiverunt, licet à plerisq̃
crederetur, vim eorum explicari non posse,
quamvis Carneadem ipsum Orcus remitteret,
propterea, quod novum subinde lolij genus ex-
pullularet, & mortales veteri quasi lethargo
sopiti barbariem incrementem non aliter, atq̃
Cæcias nubes, non sine bonarum rerum fasti-
dio, attraherent.

Nec sane ipsa me paupertas extrema ab
hoc instituto, etsi conditiones fructuosiores ob-
lata intervenirent, avertere potuit, parumpen-
dens, quod summis difficultatibus vndiq̃ cir-
cumseptus nullibi Civitatem manentem inveni-
rem, immò nec futuram inquirere per quos-
dam malevolos, quos tamen vindicta divina
lògo ordine corripuit, liceret, memor præcepti
illius sapientis, Historicum sine Civitate &
certa sede esse oportere. Sed cui quæstus ma-
gnus

gnus esset pietas cum animo sua sorte conten-
to, ut qui didicrim his, in quibus sim, acquies-
cere. Scilicet nihil in mundum intuli, nec effe-
ram quidquam, habens alimenta, & quibus te-
gar, his libenter contentus sum. Quod si esuri-
re, & penuriam pati contingat, ut saepenumero
fit, in eo quoque institutus sum, DEO me indi-
gnum corroborante.

Nihil tamen me aequè perdidit, quàm id,
quod, dum in ludicra, & in ignobiles atque for-
didas artes maximos sumptus, qui saepe nullo
cum fructu, sed magna cum jactura sunt con-
iuncti, inutiliter faciant, huc parum conferant
proceres, quod instituto adiuvento fructuose
esse queat. Coactus igitur sum diversos popu-
los adire, eorumque annales atque fastos consule-
re. Qui sanè ut regionibus, ita discriminibus
multis inter se differunt. Quis enim negabit,
quod singuli suas proprietates suaque attributa
teneant, ita ut dicatur

Austria

Austria magna, & fastuosa,
Bavaria splendida, & superstitiosa:
Saxonia magnanima, & fortis,
Hassia callida, & levis:
Westphalia ingeniosa, & contentiosa,
Pomerania prudens, & litigiosa:
Holsatia truculenta, & barbara,
Burgundia procax, & aspera:
Belgium venereum, & artificiosum,
Lucelburgum horridum, & nemorosum,
Bohemia diues, & natura munita;
Alsatia arrogans, & acuta:
Voitlandia rustica, & garrula,
Moravia fertilis, & tremula:
Helvetia bellicosa, & ovabunda,
Suevia dicax, & gloriabunda:
Tractus Rhenanus sacer, & populosus,
Palatinatus vber, & fructuosus:
Lotharingia claudicans, & fallax,
Marchia aperta, & simplex:
Mifnia culta, & liberalis,
Turingia superba, & inhospitalis:

Fran-

Franconia laboriosa, & insolens,
Silesia amabilis, & elegans:
Frisia inquieta, & ferverescens:
Borussia Orbis amor, & libertatis amans.

Et quia mihi fermè eveniat, quod Lacedaemonijs, quibus fas non erat ad lumen incedere, ut confidentius in tenebris ire assuescerent, & ego in cryptis quasi subterraneis veritatis lucem laboriosè inquirere planè necessum habeam, tetricisq; obscuritatibus conclusus, hoc omninò agam, ut enarrem opera Heroum, virorumq; bonorum, atq; magnorum Principū, in ea planè sum exspectatione, me ab ijs quibus studium Historiae curae est, patrocinium in iusta causa impetraturum.

Quandoquidem autem Principibus et magistratibus illud prae alijs meritò curae esse debeat, & V. C. eum in Repub. Christiana locum dignitatemq;, teneat, ut plurimum opis dubijs nostris rebus afferre, studiaq; nostra in statum sereniorum transponere, immò in portum
tran:

tranquillum ex toties passo naufragio Ventis
secundis immittere possit: alysq; amplissimi
huius Ordinis, quem Deus imperijs destinavit,
immortalis huius gloriae facem preferat: V. D.
ea qua possum, & qua deo pietate, subiectio-
ne, et fide supplex oro atq; obsecro, ut in gratia
am Patriae has sibi meas Musas commendatas
habeat, & fronte serena, pectore magnanimo,
favore propitio, clementioribus gratia atq; be-
neficentia stipendijs prosequi non dedignetur.

Id beneficium, & Deo gratum, & bene-
meritis iucundum, Principibus oportunum,
Patriae commodum, mihi inprimis necessari-
um, debito officio, immortalis gloria, eterna
laude, omnis generis officijs semper recompen-
sabitur. V. D. ardentibus precibus piaq; devo-
tione protectioni divinae commendo. Ex itine-
re Polonico. Anno 1607.

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO, DN. M. NICOLAO Leuthingero, Poetae Coronato,
& Historico Brandenburgensi S.

Cum sciam, te multa regna difficili atque sollicita peregrinatione complexum esse, gratulor tibi, mi Leuthingere de ista virtute, quam cum paucis communem habes, quotus enim quisque est, qui caelum, non animum mutet, dum transmare currat? Tu vero peregrinationis tuae fructum, non tantum ad animi oblectationem, quod faciunt, qui sibi saltem vivunt, sed etiam, cum ortus nostri partem sibi Patria, partem amici &c. vendicent, ad rem publicam adjuvandam, studiosissime refers: dum in servis gloriae Serenissimorum Prin. Brandenburgensium, quorum res gestas ex tenebrarum barathro in lucem reducis, Patriae vero tuae peculiarem splendorem infers, nos tandem amicos tuos, qui tibi bene cupimus, incredibili voluptate afficis.

Quod

Quod igitur Bavaris Aventinus, Austriacis
Lazius, Crañzius Saxonibus, Cromerus Po-
lonis, Saxo Danis fuit, id tu Marchicis eris,
qui si te non ament & venerentur, indigni
sunt, qui te habeant. Quod si te nō per om-
nia fortuna, gloria te certè immortalis cō-
sequetur. Serenissimo quidem nostro te of-
ficium gratum præstare, non dubitabis, cu-
ius quoque beneficia tibi semper consta-
bunt, &c. Onolsbaci.

T. Victorinus Streitbergerus I. V.

D. & Sereniss. Pr. Bran-
denb. Consiliarius.

EPIGRAMMA M. HERMANNI

Frederi Secretarij Gedanensis:

Leuthingere tibi debet tua Marchia ho-
norem,

Quòd sis Marchiacæ conditor Historiæ.

Zoile laudandos cesses mordere labores,

Aut linquens venias Lazare septa foras.

Et tunc iudicio non præcipiente videbunt

Omnes, jactata qualis in Arte sies.

NICOLAI LEV
THINGERI

Commentarij.

DUM ELECTIO

novi Poloniae Regis omnium
in Marchia Brandenburgensi
animos suspensos tenet, Senatores illius
Regni perscribunt ad Rodolphum Casa-
rem, & Imperii Electores, Sigismundum
III. Suecum iustis suffragis Re-
gem designatum esse. & quia Maximilianus
Austriacus ea de causa Poloniae
vim intentet, quod paucorum Proce-
rum vota ad eum pertinere videantur,
petunt, ut ipsum domum reuocent,
quod si contra Senatusconsultum ulte-
rius progrediatur, & in Poloniae fines
exercitum transmittat, Patriae liberta-
tem, ambitione quorundam proditam
& oppressam, eiusque incolumitatem sibi
curae futuram. Hinc si ad Germaniam
aliquid incommodi redeat, palam se pro-
testari, culpam non in Polonis, sed

Litterae
Regni
Poloniae
ad Imperi-
um Ele-
ctores

B Maximilianus

Literę ad
Electore
Branden
burgicū.

Cancel-
larij Po-
loniz vi-
etoria,

Maximi-
lianus
capitur,

Maximiliano residere. Iohannem vero
Georgium Electorem monent priuatim,
ne copias suas cum Austriacis iungat,
vel vlla ipsis ratione, siquidem provin-
ciis suis recte consultum veli, suppe-
tias ferat. His dum Cæsar non admo-
dum mouetur, Iohannes Zamoyscius
Cancellarius, Prætorio Præfectus, &
Generalis per Poloniam Capitaneus,
Tartarorum sibi opera subitaria in au-
xilium aduocata, tumultuaria quoq;
sæorum manu coacta, Pitzinum ex im-
prouiso inuadit, capit, diripit, commis-
soq; ad diem XVIII. Ianuarii prælio,
Maximilianum, ab omni parte impa-
ratum, & spe vana lætatum, non multo
cum labore profigat. Quem ubi captum
esse cognoscit, tacito conceptam animo
laticiam prudenter dissimulando, ob-
uiam illi profectus, & lacrimis ipsi do-
lorem suum, simul & rerum humana-
rum vicissitudinem ostendens, honori-
fice salutatum, amanter complectitur,
& humaniter solatur, proprio assignato
conclauis, in quo sine molestia custoditur,
donec ad arcem Crouistanam non procul
a Lu-

In Lublino abducitur. Capiuntur una
 Dux Prunscensis, Stanislaus Gorcanus
 Palatinus Posnaniensis, Germanis im- Capiunt
Poloni.
 pensè fauens, Antistes Kyouiensis, An-
 dreas Sborouius curiæ Marscallus, cum
 aliis, qui Maximiliani rebus studebant.
 Per commodum id Brandenburgicis ac-
 cidebat, quid graui isto metu, quo in illo
 interregno impedita constrictaq; fuerat,
 Marchia liberaretur, in primis in tractu
 ransuiadrino, qui Drosnam, Zulichiu- Laticla
Marchio
na Brane
denb.
 um, Sulentium, oppida nequaquam
 ignobilia, pertingit: & Maximilianus
 vniuersæ Borussiae patrimonium ad se
 legitimo iure reuocaturus putaretur,
 propterea, quod inter Crucigeros Ordi-
 nis Mariani summum magistratum ge-
 reret. Ad cuius iurisdictionem antiqui-
 tus spectabat omnis Borussia, Cassubia,
 Noua Marchia, pars Franconia, præ-
 ter alia amplissima bona, hinc inde par-
 tim Principum liberalitate, partim bel-
 lo acquisita, quibus ad eam potentiam Ordo
Crucife-
rorum
Mariani
 peruenit, ut non ratione & lege ageret,
 sed quod allubesceret, sibi licere existi-
 mare, leges dare non accipere credere-
 tur.

Albertus
Branden-
burgicus
Primus
Borussiae
Dux.

Ioachi-
mus II.
Electo-
ritulum
Ducis
Borussiae
atque

tur. Et quoniam divitiæ addant animos
impotentibus, versus ad luxum & Ty-
rannidem, fenestram iniuriæ aperuit,
& materiam ansamq; subditorum que-
rimoniis & defectioni subministravit.
Orientalis tamen Borussia in fidem illi-
us rediit atq; perstitit, usq; ad Albertum
Brandenburgicum, qui Ordini repudi-
um mittens, se suaq; in Sigismundi Po-
loniæ Regis clientelam tradens, à Cæ-
sare & Imperio destitutus, eam in Pro-
vinciæ formam redactam subiectionis
nomine sibi, & fratribus suis, eorumq;
filiis obnoxiam & hæreditariam fecit,
ea cum conditione, ut si in familia in-
clinata soboles mascula deficeret, ad Po-
loniæ Regis arbitrium rediret, à succes-
sione legitima exclusis Patruelibus, qui
in Marchia sedem habent. Verum ali-
quantò ante diem supremum Sigismun-
di Augusti Regis, Ioachimus II. Elector
consensum socii secutus, huic constitu-
tioni vim inferre aggressus, in Mar-
chia primus Borussiae se Ducem salu-
tari non sine totius Marchiæ gratulati-
one voluit. Quam concessionem regiam
Poloniæ

Poloni viciosam, & in libertatis iurisq;
sui fraudem & deirimentum factam
statuebant, eo quod non Publica totius
Senatus approbatione recepta & sanc-
ta esset, eamq; postea in comitiis Regni
non semel impugnantem interuertere
annitebantur. Tandem Ioachimus Fri-
dericus Elector nodum hunc prouide
soluit, Sigismundi III. Regis & to-
tius Regni Senatorum gratiam in Co-
mitiis Warsauiensibus colligens, pu-
blice Borussia Dux cum omni fami-
lia sua posteritate renunciatus est, non
sine offensione Iohannis Zamoyscii, qui,
propter multa praecelara in Regem &
Rempub. Polonicam merita, ditionem
sibi iam pridem promiserat & despon-
derat, sicut inferius a nobis plenius
narrabitur. Si igitur Maximilianus
rerum potitus fuisset, tam acta haec,
quam ipsa Borussia in discrimen peri-
culosum venissent, & ad dubios casus re-
cidissent incolae, quandoquidem Ordo in
integrum restitui oporteret. Quod erat
coniunctum cum omnis Borussiae damno.

Dantisci quidem in utriusq; electionis

B 3 renun-

Poloni
aduersan-
tur Bran-
denbur-
gicis.

Pax opta-
ta inter
Polonos
& Bran-
denbur-
gicos.

Renun-
ciatio
gis per
præco-
nem,

renunclatione mira effulsit diuersitas
ingeniorum atq; animum, dum ad
Maximiliani nomen altum silentium
esset, nullaq; omnino acclamatio fieret,
ad mentionem verò Sigismundi Sueci
incredibilis ciuium laticia vniuersam
urbem impleret, aded vt nulla officina,
nulla domus occurreret, quæ non regis
sui effigiem præ se ferret: maxime verò

Senatus
Dantisia,
ni Pietas
in Reges

Senatus incliti Pietas, qua plus quàm
religioso cultu Dominos prosequitur,
in hunc Regem emicuit, dum non solum
apparatu exquisito illum accepit, sed
etiam satellites, aliosq; ex comitatu,
minus decoro habitu usos, splendide ve-
stitos, munifice necessariis donauit, vt
cuncta aliam faciem induisse iudicaren-
tur. Singularis enim & plane admira-
bilis est potentissimæ huius Ciuitatis

Senatus
Dantisca
ni bene-
ficentia.

Virtus, quod exemplo inusitato benefi-
centiam suam in peregrinos, unde quaq;
venientes, virtutis ergo ea propensione
exerat, vt fidem humanam excedat.

Borussia
laus,

Hanc laudem quoniam Elbinga sapien-
tissima, Torunia grauissima, Conigsper-
gum fidelissimum, Mariæburgum com-
modis-

modissimum, aliāq; celeberrima muni-
 cipia pari passu consequantur, ingen-
 tem gloriam vel apud remotissimos sibi
 pepererunt, ut nullus sit populus Euro-
 pæus, quem non confertim desiderium
 adeundæ Borussia capiat, in humanita-
 te illius, tot encomiis de prædicata, fa-
 vorabiliter acquiescens. Sub id tempus
 euocatur ab Electore Berlinum, reus
 repetundarum factus, Michael Bruc- Michaël
 cius Exquæstor, & Camerarius aulæ Cu- Brugen-
 strinensis, qui periculum suum subodo- ris.
 ratus VII. Id. Ianuarii seipsum lethali-
 ter vulneratum, phantasia stimulos
 ægritudini subiiciente, misere tragico
 exitu confecit. Pridie quoq; Id. Februa-
 rii deponit corpus mortale Ioachimus Ioachi-
 Aluenslebius, Archiepiscopus Mogun- mus Al-
 tini & Magdeburgici consiliarius, anno uensle-
 ætatis suæ septuagesimo quarto, post- bius obi-
 quam bibliothecam instructissimam,
 omni librorum genere refertam, priua-
 tam in arce, & publicam in templo
 Erxlebiæ instituisset, quam deinde sobo-
 les ipsius generosa multoperè auxit. Est
 autem Erxlebia, Aluenslebiorum arx
 B 4 atq;

atq; sedes præcipua & capacissima in
finibus Episcopatus Magdeburgensis,
veros veteris Marchiæ limites expri-
mens, quibus ante donationem Ottonis,
aliasq; abalienationes, ob animæ salu-
tem, abiectæ Religionis causa, factas,
descripta erat. Non parum etiam tur-
bauit Rempub. Christianam Sixtus V.
Pont. Rom. promulgato anno Iubilæo
Vniuersali, in quo supplicationum fe-
rias ad hæreticos vel in viam reducen-
dos, vel in totum exstirpandos indixit:

Annus
Iubilæus
Rom.

Anathe-
ma An-
glicum.

Regina
de colla-
sur.

& simul Elisabetham Angliæ Reginam
anathemate percutiens regno priuauit,
quod euestigio in Philippum Hispanum
transtulit, liberam eius occupandi faci-
ens potestatem, vt tamen à sede Aposto-
lica in feudum peteret, quod anno supe-
rione Calendis Martii Mariam, Scotiæ
& Franciæ Reginam, in arce Fothenin-
gha capitis supplicio affecisset. Sed Hi-
spanus à Francisco Draco ingenti clade
XXI. Iunii victus, classem, & victori-
am, auriq; & argenti vim inæstimabilem
amisit, cum iam dudum milites vete-
rani, qui in exercitu Hispanico essent,
eorumq;

eorumq; præfetti per sortem sibi Lube- Victoria
 can, Rostochium, Hamburgum, & ante tri-
 alia in litore Balibici freti vanissima umphā.
 sponse policerentur. In Pomerania
 die XIX Februarii concedit in fata
 Stetini Christoferus Stymmelius, natus Mors
 Francofurti ad Viadrum anno XXVIII Christo-
 corpore & voce minus validus, operam ferti Seyn-
 studiis ingenuis in Patria impendit. melij.
 Unde ad gubernationem ludi puerilis
 Besicouiam missus, intotescit Ioachimo
 Schulenburgio, à quo Concionator auli-
 cus Lubenauii nominatur. Hinc Vite-
 bergam ad uberioris scientiæ mercatum
 ampliorem profectus, Andrea Musculo
 Præside, in Academia Francofordiana
 biennio exacto Theologiæ Doctor renun-
 tiatur, & non multo post an: M. D. LV.
 III. Octobris Ecclesiæ Crosnensi præfici-
 rur. Qua fortè tempestate Petrus Arto- Petrus
 peus Pastor Diæcesis Mariana, & il- Artopæ-
 lustris Pædagogii Professor Stetini, Vir us.
 excellentiæ nequaquam vulgaris, quod
 in Osiandrisum inclinaret, prouincia
 abire iubetur, & à Barnimo Duce Paulus Paulus à
 à Rhoda ad Academiam Francofordia- Rhoda.

B S nam

Acta
Seymmer
14.

Vocatur
à Saxone
ad guber
Ecclesie
Mersbur
gensis.

nam amandatur, qui consilio cum An-
drea Musculo communicato, Stymme-
lium in Artopæi locum publica autori-
tate submittit, in qua statione Epistolam
Pauli ad Romanos pro felici auspicio ex-
plicare aggreditur. Ad Conuentū Prin-
cipum Religionis Augustanæ Naum-
burgum, ut vicem Ducum Pomeraniae
expleat, unā cum Ludovico Ebersteinio
Comite, & Matthæo Borkeno ablega-
tus, Brandenburgicis sese Wilhelmo
Comiti Hoensteinio Vcariæ Præsidi, Lip-
poldo Klitzingo Præsfecto Iutrepocen-
si, Lamperto Distelmeiero Cancellario,
& Andreae Zochio Iureconsulto Franco-
fordiano adiungit. Admiratus viri
virtutem Augustus Saxo, præ aliis ho-
noratis dignum censet, quem in templi
Cathedralis Mersburgensis Rectoratus
possessionem immittat. Et si autem Bar-
nimus Dux agrè in hanc vocationem
consentiret, in gratiam tamen Saxonis
his conditionibus acquieuit, ut post ab-
solutum annum, rebus Ecclesiasticis
Mersburgi ritè constitutis atq; disposi-
tis, Stetinum sine ulteriore intepella-
tione & mora reverteretur: Interim

Stipendio suo non defraudaretur, neq;
alius ipsi surrogaretur. Aduentus ip-
sus cum gratissimus accideret aulæ,
negocium eius introducendi & repræ-
sentandi Ecclesiæ Iohanni Pffeffingero,
& Henrico Salmuth, De Floribus Li-
psensibus, datum fuit. Egregia ex hinc
illi nauata opera, fidei datæ Pomeraniae
memor, votis omnium Ordinum,
appetitus, sub belli Gothani finem, te-
stimoniis per amplis onustus Stetinum
redit, simulq; à Principe ipsi Superin-
tendentis munus demandatur, quod ille
quidem biennio administratum, molestiarum
pertæsus, quod vita tranquillior
arridebat, Iohanni Cogelero ambienti,
cuius nempe humeri viresq; onera Eccle-
siastica melius perferrem, quiq; hono-
rum splendore & pecuniarum neruis ma-
gis delectaretur, haud inuitus concessit.
Annum Iubilæum Stetini in memoriam
Religionis reformatæ, & Conuentus
Trepionensis, qui totus huius controuer-
sitiis sopiendis accommodatus fuit, pri-
mus aperit. Tumulatus in templo Ma-
riano, ætatis anno climacterico LXIII.
doctis-

Stym-
melius
Superin-
tendens
Pomera-
niæ.

Annus
Iubilæus
Stetinens-
is.

Christia-
nus Chri-
stiani Vir
& Poëta
bonus.

Christia-
nus Chri-
stiani
Consul
Stenda-
liensis.

do Elissimis Viris fatali, Poëtis laborem
& certamen relinquit. Inter alios funus
Virtutesq; eius carmine, vt contestatur
Pomerania, erudito celebravit Christia-
nus Christiani, Stendaliensis. Qui ex
Vniuersitate Francofordiana Stetinum
transiens, in aula & Repub. ista fauo-
rem omnium bonorum collegit, ita vt
cum dignitate in honore à magistrati-
bus, & in precio à ciuibus haberetur, à
Deo verò benedictione repleretur, au-
ctus hæreditate luculenta in Patria,
cui sicut ortum debebat, ita studia illi
sua imprimis probanda esse sapienter
iudicabat. Sed quam postquam domici-
lium suum transtulisset, officium illa
beneficio recompensans, ornamentum
decusq; suum reuerenter agnouit, & su-
premium in ea Ciuitate amplissima ipsi
magistratum detulit. Hinc Consul Præ-
marius intricatam & impeditam Vr-
bem pristinae serenitatē reddens, inter
alia opera magnifica, Curiam Senato-
riam ad formam augustiorem, pace &
quiete tam Ecclesiasticis, quam forensi-
bus certaminibus restituta, perduxit.
Fuerunt

Fuerant autem in Pomerania Superin-
 tendentes Paulus de Rhoda, Iohannes
 Knipstrouius, Iacobus Rungius, Christo-
 pherus Stymmelius, Iohannes Cogelerus,
 Fabianus Timæus, Iacobus Faber. Ab
 his segregatum coegerunt semper Con-
 cilium Sundienses ad Ernestum usq; Lu-
 douicum Ducem, cuius auspiciis animè
 Pomeranorum recoalescentes, unam &
 eandem sibi normam tenendam statue-
 runt. Et quamuis ea etiamnum hodiè
 proventus reditusq; suis sacerdotibus
 exiguos croget, in principio tamen in-
 faurati Euangelii longè erant contra-
 ctiores. Superintendenti Sundiensi vix
 quinq; Ioachimicorum Val. salarium an-
 nuum exhibitum fuit. Demini Iohannes
 Gerræus presbyter peculiarem conti-
 nentiæ laudem populariter affectans,
 stipendio seipsum prudenter, non sine
 auditorum gratulatione, defraudauit.
 Sed cum ille vicissime ea, quæ Oeconomix
 deseruiunt, sine precio reposceret, tum
 non laudibus, sed conuiciis prosequen-
 tur, utpote à quo fraudulenter circum-
 uenti essent. Abutebantur hi scripturæ
 sanctæ

Superin-
 tenden-
 tes Pome-
 rano-
 rum

Reditus
 sacerdo-
 tum in
 Pomerania.

Pomera-
nice sin-
gularis
laus.

Piriti-
ensium
laus.

Nuptia
Ioannis
Holfatæ
Ducis.

sanctæ distis, gratis accepistis, gratis
date, non cauponantes Verbum DEI.
Tenendum hoc loco, viliori precio neces-
saria in Pomerania, quam alibi, coem-
atq; diuendi. Et quidem ad illud tempo-
in publico diuersorio quatuor nummis
cibus & potus ad salietatem parabatur.
De Piritiensibus verò natum est diuer-
bium vulgatumq; quod nullum ieiun-
num dimitterent. Ast hodie alia sunt
tempora, alii mores, postquam coniugio
se manciparunt sacerdotes, quod hin-
nitum equorum. Pontificii appellare
non erubescunt, ut in Ecclesiasticorum
insatiabilem cupiditatem non absurde
iste ludere videatur, dum potui, rapui,
rapiatis, quando potestis, siquidem his
rarò gaudeat tertius hæres. Die XIII
Februarii transiit ad secunda matri-
monii vota Iohannes Holfatus, ducens
in uxorem Agnetem Anbaldinam, Au-
gusti Saxonis, viduam relictam. Que
cum Ioanne Georgio fratre per Marchi-
am, & ditionem Megelburgiorum iter
capiens, tandem Sundersburgum ven-
tis secundis appulit, cum aliquoties Lu-
na fa-

na facie sanguinea pullataq; mortales
aspiceret. Nuptiis interfuit Frideri-
cus II. Daniæ Rex, qui XXII. Febru-
arii Iohanni Georgio Anhaltino, &
Dorotheæ Comiti Mansfeldiæ in arce
Haderslebiensi nuptias faciens, con-
tracto in eorum solennitate morbo acu-
to & periculoso, IIII. Aprilis ex hac
miseriarum valle in caelestem aulam
migravit, anno Regni tricesimo, ultra
quam metam, aut circiter, maxima.
Regum Daniæ pars Imperium non ex-
tendit. Cui V. Iunii exequiæ Rodtschil-
di apparatus magnificentissimo persolu-
tæ, marmore dealbato illas ad omnem
posteritatem commendante: postquam
paulo ante mortem afflictum Ecclesiæ
statum Henrico Galliæ Regi ab oculos
posuisset, monens, ut exactis omni Gal-
lia, sine spe reditus, Iesuitis, ab his Rei-
pub. pestibus, flagitiosorum hominum
receptoribus, & iuratis emissariis sibi
temperaret. In memoriam eius Henri-
cus Ranzovius, Prorex Holsariæ, monu-
mentum ex calce fusili prope Segeber-
gum in via regia extruxit, marcasq;
oßingen-

Nuptiæ
Ioannis
Georgij
Anhal-
dini

Iesuitæ
pulsæ,

Opus
Henrici
Ranzo-
vii.

Regni
Deniar
Senato-
res.

Nascitur
Frideri-
cus Bran-
denbur-
gicus.

ostingentas, quarum reditus quot annis
feria tertia Pentecostes egenis distribu-
rentur. sacello addixit. Obeliscum quoque
artificiosum in eiusdem Regis honorem
ibidem cum hac intimatione erexit, ut
si quis eum violaret, infelix esset. Quam
tamen imprecationem malitia in exi-
guo momento posuit. Et quia electus
Rex Christianus undecennalis, in im-
pubere ætate Imperio par non esset, regni
administratio quatuor ex regni Senato-
ribus Nicolao Kaas Cancellario, Geor-
gio Rosencrantzio, Petro Mancio Ami-
rallo, & Christofero Welkendorffio oblaia
est, qui una cum Regina, donec Rex ado-
lesceret, regno præessent. Die XI Mar-
tii editus fuit in lucem hora noctis un-
decima. Fridericus, Iohannis Georgii
Electoris filius, conspectaque parelia &
parafelynae in aere cum iride triplici:
ventorum etiam vehementissimorum,
conflictus prodigiosi perturbatas men-
tes non parum exercuerunt, & delectus
equitum passim per Marchiaë provin-
cias habiti. Sicut autem inter Augustum
Saxonem & Iohannem Georgium Bran-
denbur-

derburgicum summa necessitudo, & familiaritas fraterna intercesserat, ita ea in Christianum filium ab Augusto propagata, eiusq; ultima exhortatione confirmata, generum Brandenburgico amicissimum reddidit. Is sub initium Veris socerum Coloniae ad Sueuum inuisit, & dum pernoctat Zossæ, quæ præstat propugnaculum munitum satisq; firmum in finibus Lusatiae Inferioris, incuria caculæ incendium, in stabulo equorum exortum, potissimam oppidi partem 17. Aprilis conflagrat: In Franconia Georgius Fridericus Brandenburgicus, post reditum inauspicatum ex Borussia, deplorato morbo correptus, lentum ipsi venenum propinatum fuisse, dubiæ rei fidem fecit. Fati igitur extremi memor, in monasterio Hailbrunnensi, ubi antiquius Marchionum sepultura est, monumentum sibi condi voluit, in quo exuviae post abitum ex hac vita deponerentur: Deinde constituit illa, quæ ad ditionem, & ultimam voluntatem explendam pertinebant, testamentiq; hæredem bonorum suorum omnium Ioachimum

Zossæ patitur incendium

Georgio Friderico Borussiae ægrotante

Testamentum Georgij Friderici

Profe-
ctio Ad
ministra-
toris
Magd. in
Franco-
niam.

Conuale-
scit Bran-
denbur-
gicus.

achimum Fridericum Administratorem
Magdeburgicum nominavit, qui ad pri-
mum morbi ingrauescentis rumorem
sefe aliter Onolsbacense accinxit, pro-
pensissimis Voilandiae & Franconiae
studiis exceptus, maximam boni Prin-
cipis exspectationem aluit. Eius aduen-
tus & praesentia, sicut apprimè Patru-
eli grata accidebat, ita indies aliquid
morbi seuitiae, deploratos mitigando
dolores, detrahebat, donec pristina sani-
tas valetudinario rite constaret. Ad
quam maturandam non parum momen-
ti subditorum Pietas in Principem su-
um attulit, qui priuatis & publicis pre-
cibus pro salute eius intercedentes, diui-
nam benignitatem serio & ardenier fa-
tigare non cessabant. Viinam vero sum-
mi Proceres intelligerent, quantum
ipsis praesidium in his precibus relictum
esset, non imprecationes assiduas cumu-
larent, sed amorem subditorum sibi in
subsidium probe aduocandum ducerent.
Et quoniam Borussiae rationes ita fer-
rent, ut Sigismundo nouo Poloniae Regi
fides ex pacto daretur, quod vi morbi
ipse

ipse in aduēdæ Poloniæ instituto im-
pediretur, Carolum Badensem submi-
sit, qui Patrono ea deferret, quæ iure
feudi à cliente præstari conueniebat. Is
à Rege ultra mensē benignè tracta-
tus, ex animi sententia omnia confecit,
illoq; præsentē humatus est XIII Maii
à Sigismundo successore demortuus Rex
Stephanus Bathoræus, cui sanè pluri-
ma, si grata esse velit, Polonia debet. In
qua sub hoc tempus calamitas subita,
lapideo imbri insolens, columbini oui
magnitudinem Cracouiæ adæquat, sili-
ginem totius regionis ita collidens atq;
atterens, ut vomere agros de integro
ararare & sementem de nouo facere ne-
cessum fuerit. Gryphisvaldi verò die
XXIII. huius mensis Xyphias, seu
gladius piscis, variis literis & notis in-
signitus, gladiis nempe, ligone, nau-
giis, pugionibus, vexillis, ensibus, & pa-
la, capius, formidinem mali imminen-
tis prudentioribus inecit. Vetus est oppi-
dum in tractu Barnimensi, Strausbergū
ad Strusium lacum, de cuius inexhausta
profunditate accolæ mira fabulantur.

Dat fidē
Regi Po-
loniæ
Branden-
burgicus

Tumula-
tur Sre-
phanus
Rex.

Prodigia
inuitata

C 2 aliquo-

Straus-
bergen-
fis opifi-
cis im-
picias
punita.

aliquoties à Pomeranis, Francofordien-
sibus, Megelburgiis, sed inprimis Hus-
tis Bohemis anno M CCCC. XXII. cum
Veteri Landesbergo direptum. In eo
tres opifices, animi gratia, in profesto
Pentecostes porta deambularum exeunt
captiꝫ aëris læticia, & tranquillita-
te vndarum, ardentem amantiam
spondentium, depositis vestibus ad la-
uandum corpus, multa leuissimorum
verborum obscenitate turgentes, accin-
guntur, ad eam progressi insaniam, vt
nec à gestibus pudendis sibi tempera-
rent, quin etiam cantilenis sacris vici-
um inferrent, sed non impunè. Namqꝫ
dum hymno de resurrectione Seruatio-
ris nostri vnici, non absqꝫ cachinno, illu-
dunt, versis rebus & verbis sacris in
profana & obscæna, ecce præter opinio-
nem impurissimus inter reliquos miser-
rimè aquis suffocatur, efficacissima ne-
misi correptus. Strausbergo contiguæ
adiacent Ciuitates Landesbergum, &
Bernouia, nobiles cereuisias coquentes,
quæ singulæ peculiaria attributa ex
vulgi sermone, à veritate non omnino
alieno.

Proprie-
tales tri-
um Cere-
uisiarum

alieno, obtinent, ut cereuisia Strausber-
gensis fortior, ad mendacia facere, Lan-
desbergensis crassior, ad Venerem incita-
re, Bernouiana palato gratior, ad furta
bibulos impellere putetur. Vere tunc
temperato Sol, tristi pullataq³ facie ob-
scuratus, stricti gladii speciem præbuit.

Salfeldi in Turingia rupes ad Salam Salfelden
prodigiosè semet aperiens, consternatis sis in hu-
fnitimis, rustitatem agrestem, & inhu- manitas,

manos & peregrinos arguendo XVI. Iunii Pròdigia
taxauit. Apud Prutenos candentes glo- in Borus
bi, & vexilla sanguinea, nec non pu- sia.

gnarum simulacra, & pavelia, Solem
propemodum æquantia, aliaq³ prodigia
inuitata in aere conspecta sunt. Pluit
etiam die XIII. Iunii sanguine, maxime
Sundii. Magdeburgi templi Cathedralis

illa tempestate erat Decanus Ludouici
cus Lochouius, à Deo, natura, & Virtute Ludouici
omnis generis animi, corporis, & fortu- Lochouij
narum bonis cumulatissime ornatus. Virtus.

Huic Iohannes Georgius Elector præposi-
turam Hauerbergensem, in monumentū
gratiæ & beneuolentiæ, contulit. Ve-

**Rateno-
uia vrbs.**

**Thomas
Neumā-
nus Con-
sul.**

rum ille, admirabili continentia, sua
sorte contentus, eam in Patrualem cum
consensu Electoris transmisit, ut in du-
bio reliquerit, quænam ex omni excel-
lentissimarum virtutum choro in ipso
sit præstantissima. Natus ex generosa
Luchouiorum familia, quæ domicilia
sua tenet ad Ratenouiam urbem, multis
priuilegiis, fidelitatis ergo donatam, ab
incurSIONibus hostilibus sæpe tentatam,
incendiisq; deformatam, calamitatem
omnem solertia pensauit, in primis cum
prudencia Senatus, quem habet egregi-
um, & literis literatisq; amicissimum,
cuius Princeps est Thomas Neuman-
nus, Vir & Poëta in omni doctrinarum
genere excultissimus, magnopere adiu-
uaretur. Floruit Familia Luchouiorum
sub Lūdovico Romano, qui circa annum
M. CCC. LII. simul & uiriusq; Lusatiæ
Marchio, Comes Palatinus Rheni, &
Bauariæ Dux, consilio eius & opera in
difficillimis bellis maxime usus est. Si-
cut nominatim in literis vocantur fide-
digni, inter nobiles Guntherus Svartz-
burgius, Otto Went, Dominus in Ilen-
burg:

burg: Inter strenuos autem Fridericus
Lochouius exercituum Dux Iohannes
Waldouius Prætorio Præfectus: inter
milites Nicolaus Wetley: inter Pro-
thonotarios Nicolaus Sack, Præposi-
tus Soldinensis, Fridericus Morer. Sed
in Virtutes meritaq³ Ludouici Lochouii
in Rempub. Magdeburgensem ex pati-
andi amplissimus inferius nobis cam-
pus aperietur. In Saxonia inferiore ce-
lebritatem meretur Ducatus Lauen-
burgensis, ubi Magnus Dux videbatur
ea moliri, quæ ad diuisionis detrimen-
tum comparata existimabantur. Qua de cau-
sa tam apud Brandenburgicum, quam
Saxonem conquestus, consensum Rodol-
phi Cæsaris secutus, fratrem, Hamburgi
securitatem sibi pollicentem, custodiæ,
Senatu eius Urbis administro, Calendis
Inliis mancipat. Vnde Rassenburgum,
pertractus, inclususq³ conclaui, picturis
ornato, cancellisq³ discreto, in superiore
contignatione inscriptio ipsi molestissi-
ma accidit: Hic Magnus Dux vitam
suam ritu Christiano pie finiat: Princi-
pum tamen intercessione fratre placato,

Frideri-
cus Lo-
chouius
exercitus
um Dux.

Magnus
Saxoniae
Inferio-
ris Dux.

Capitul-
tas Ma-
gni Du-
cis Sax,

C 4

libe-

Inunda-
tio Lan-
desbergi
a. v. Var-
tam.

Landes-
bergi ad
v. Wartā
situs.

liberiores & mitiores custodiam obri-
nuit. Eodem mense Warta iurgido al-
ueo intumescens, latissimo spacio ina-
quosa viridaria Landesbergi complecti-
tur, in eam excreescens insolentiam, ut
ad plateas usq; porta subiugua, by-
chia exereret, muri partem subactam
demolens. Sita est hæc urbs in confinio
Poloniæ, regionem Sternebergensem,
cuius caput est Drosna, non ita pridem
ante hæc, Senat⁹ Amplissimi paterna so-
licitudine interposita, instaurata, à No-
ua Marchia determinans, ab ortu Solis
flumine paludum voragines multimo-
d⁹ aperiente, ab occasu lacu piscopo cir-
cumscripta, Polonorum vim olim susti-
nuit, atq; etiamnum facile eludit. Ag-
gerem firmo solo obductum, palis ligne-
is & salicibus refertis vndequaq; à late-
re stipantibus, pontium subliciorum fre-
quentia interclusos meatus vndarum,
magno se motu inferentium, in flumen
obliquo cursu insinuante, in miliaris ob-
longi quantitatem protendit. Per hunc
tam Polonis, quàm Silesiis via compen-
diosiore in Pomeraniam eundi commo-
ditas

ditas monstratur, sed qua vix vii licet.
Nam cum receptum esset consuetudine,
vt merces flumine importatæ in portu
deponerentur, in quem usum adhuc do-
micilium exstructum restat, Francofor-
denses tantum sibi decedere rati, quan-
tùm illis accederet, apud Iohannem Ge-
orgium Electorem de fraude, suis Pri-
uilegiis facta, querimonias insituen-
tes, hanc felicitatem Landesbergo inuidio-
se subtraxerunt, mandatum impetran-
tes, vt qui peterent Silesii Nouam
Marchiam, vel Pomeraniam, circuitio-
ne per Francofurtum iter caperent, pro-
posita secus facientibus multa. Hinc
solitudo Landesbergi, cum querelis ci-
uium coniuncta, occurrit maior, quàm
commoditas Urbis à fronte promittit.
Non tamen facile desiderare patitur,
quod vita necessitati atq; usui deseruit.

XXV. Sept: reddit animam Deo Tile-
mannus Heshusius Helmstadii, ætatis
sue anno LXII. Vesaliensis erat, multis
utilibus laboribus in foro Ecclesiastico de-
functus. Wismariensis Senatus opibus
Vitebergæ Doct: in Th: infulis ornatus

Landes-
bergen-
si
um Pri-
uilegiis
deroga-
tur.

Mors Tile-
manni
Heshusij

est à Georgio Maiore, inde pulsus, Hei-
 delbergæ certamen Sacramentarium,
 cum Clebitio sustinuit. Hinc Rostochio,
 Ienaq; migrare iussus, non parùm Reipub.
 Magdenburgensis statum turba-
 uit. Hec quoq; eiectus, ad Episcopatum
 Sambiensem in Borussia accitus est,
 & contra Iohannem VVigandum con-
 tentionem minus necessariam mouens,
 denuò in exilium à Georgio Friderico
 Brandenburgico missus, Helmstadii fra-
 cto crure placide expirauit. De eo Io-
 hannes Maior cecinit: Quæritur Hes-
 busius sexta cur pulsus ab æde, causa est
 in promptu, seditiosus erat. Cui ab ami-
 cis Heshusii, stylo Pucheniano respon-
 sum: Magnus eras nebulo, Maior nunc,
 sed maximus olim, Diro carnificis ni
 priù ense cadas. Non leuis etiam tenebat
 contentio Georgium Fridericum Bran-
 denburgicum & Norinbergam urbem,
 eo euentu, ut Marchio ad medium usq;
 portæ pontem suæ prouinciæ limites &
 conductum protenderet, ea omnino ra-
 tione, qua apud Egranos inoleuit. Voca-
 ta simul in dubium alia pacta conuenta,
 præ-

Exilia
 Heshusij.

Certamē
 inter Ge-
 orgium
 Frideri-
 cum Br.
 & Norin-
 bergam.

præcipue, quæ ad silvarum atq; vena-
 tionis ius spectabant. XII. Octob hora
 noctis XI. valedicit terrenis iudicio sa-
 no, & mente integra Lampertus Distel-
 meierus Ioachimi II. & Iohannis Geor-
 gii Electorum Cancellarius, ex catharro
 iussiculoso & suffocatiuo, quem in plu-
 uiosa tempestate aëris attraxerat. Vir
 Magnificus, religiosus comitatem ani-
 mi cum grauitate corporis perpetuo
 temperans, laborum adeo patiens, vt
 longinquis etiam itinibus senectâ suf-
 ficeret. Ingenii verò sagacitate, & iudi-
 cii dexteritate tanta, vt non solum fa-
 cile venirent ipsi in mentem, quæ recte
 conficienda essent, neq; recta saltem dare
 consilia aliis valeret, sed etiam illorum
 euentum prouide exploratum haberet.
 Itaq; in arduis consultationibus sapien-
 tissimorum vota ad vnicum hoc Palla-
 dium respiciebant, cerio statuentium, in
 nullius tutius iri sententiam, eoq; con-
 sultore de successu non desperebant. A ca-
 lidis consiliis abhorrebat totus, & dum
 alii violentis modis veritatis argumen-
 ta diruerent, iisq; lictores submitterent,
 qui

Obitus
 Lamper-
 ti Distel-
 meieri
 Cancel-
 larij Mar-
 chie.

Virtutes
 Lamper-
 ti Distel-
 meieri.

qui difficillimos nodos gladio, carceribus, & exiliis perfecte soluerent, ipse perpetuo pacis auctor, semper illud Paulinum occinebat iis, quibus dissensionum semina magis, quam quietis amenissimi odores aspirando arriderent. Habete Pacem cum omnibus, quantum in vobis est. Pactis dotalitiis decem principis sui nomine interfuit. Transactioni Passauiensi, & Religionis paci quantum commodauerit, grata posteritas agnoscat. Et quia res Imperii ita ferrent, ut crebro comitia indicerentur, ad ea semper cum plenis mandatis ablegatus fuit.

Nobilis
& eques
auratus
Distel.
meicus.

Ab Imperatore nobilitatis, à Ioachimo II. Electore auratorum equitum insignia accepit. Nullum se ad euntem iristiore vultu abire passus, propensissimam opitulandi voluntatem desiderii supplicum, & verbis, & vultu ostendit. Felix in liberorum educatione atque elocatione, ex quibus uraque nata antiquissimas Marchiæ familias Ordinis Equestris Koderitianam & Pfulianam, connubio & affinitate ipsi devinxit: neptis verò Iohanni Casimiro Comiti de Lenar nupsit: Ast Christianus filius Patri in amplissi-

mo munere, & in bonis hæreditariis suc-
cessit, cuius merita in Rempub. virtu-
tesq̄ celebratissimæ nostra non opus ha-
beni bedera, ut pote, quæ semet satis su-
perq̄ commendent. Viuens quem dede-
rat cursum fortuna peregit in annum
LXII. remotoq̄ hoc obice, mox apparuit,
quid monstri post cataraeta lairet in au-
lis. Autumnum Australem & humidum
hiems asperrima excepit, ea immanita-
te, ut flumina insolito frigore ad unius
atq̄ alterius vlnæ altitudinem conglu-
tinarent, & fretum usq̄ adeo gelu in-
crustatum esset, ut pedibus transiri pos-
set. Sub initium verò novi anni Pro-
pheta nouus Stetinum aduolans, ut sibi
authoritatem apud plebem conciliaret,
ex optatam omnium frugum & fructu-
um fertilitatem ipsi spondit, sed quam
horribile pestis contagium fæditate sua
deformaret, ita ut solitudine ingenti ex
mille hominib9 vix centum remanerent.
Postquã igitur Stymmeliu diem extre-
mum clausisset, omnium suffragiis ad
Conradum Bergium totius muneris ad-
ministratio peruenit. Erat Colbergensis

Christia-
nus Di-
stelmere-
us Can-
cellarius.

Mors pi-
orum o-
minosa.

Propheta
nouus

LXXXIX.

Conra-
dus Ber-
gius suc-
cedit Sty-
melio.

&

Consili-
um Ca-
tharinæ
Crofnæ
s. viduæ

Bergius
Crofnæ
vocatur.

Vidua
Crofnæ
s. extin-
guitur.

& quoniam eruditionis opinionem ale-
ret, in collegium Illustris Padagogii
Professorum allectus, ingenium & in-
dustriam auditoribus probauit. Contra-
xerat is noticiam & familiaritatem Vi-
tebergæ cum Vlrico Meisnero, qui Con-
cionatorem aulicum Crofnæ apud Ca-
tharinam Brunsvicensem, Iobannis
Brandenburgici viduam relictam, age-
bat. Ea hac cogitatione occupata erat,
vt, in iuuentutis studiosæ commodum,
ludum illustrem Crofnæ aperiret. Meis-
nerus igitur memor initæ olim cum
Bergio amicitie, auctor fuit consilia-
riis, vt in possessionem Rectoratus scho-
lastici immitteretur, mirifice dona ho-
minis commendans. Horum auspiciis
accitus, dum expectationi satisfacere
anniteretur, ecce præter spem Princeps,
stationem terrenam liquit, institutumq;
tenere Bergius non potuit, & consilium
Meisneri irritum cecidit. Forte Vite-
bergæ Logices Professio vacabat, ad
eam vt Bergius vocaretur, omnem la-
pidem Meisnerus mouit. Vnde Stetinum
 tandem ad Padagogii, illustris guber-
natio-

nationem reuocatus, magistratum istum
in annum undecimum gessit. Hinc ad Bergius
præfecturam Ecclesiæ Marianæ transi-
ens, præside Dauide Voigto, vnâ cum
Petro Streubero Sorauienti Theologiæ
Doctor creatus fuit, nactus collegam
homopsyeum, amicum suum Veretem,
Ioachimum Stygium, qui Crosnæ iuuen-
tutem, & Stargardi Ecclesiam aliquan-
diu docuerat. Quod tamen theses de
Persona Christi concepisset, & tracta-
tum de Cæna Domini auditoribus pro-
posuisset, quæ cuncta hæresin sape-
rent, in Caluinismi suspicionem petra-
ctus, Iohanni Friderico Duci ansam
præbuit, seuerè iniungendi Iohanni Co-
gelero Superintendenti, & Iacobo Fa-
bro Concionatori aulico, quibus in præ-
sentia omnium ministrorum Euangelii
per Pomeraniam Inspectionem supre-
mam Ecclesiarum commendauerat, vt
Bergii sententiam exploratò inquire-
rent, & in colloquio normæ Formulæ
Concordiæ insisterent. Ad cuius ille men-
tionem statim in loco de Persona Christi
ab ea prouocauit, professus, non tantum
se ab

Bergius
Vireber-
ga Steti-
numabit

Ioachi-
mus Sty-
gius.

Bergius
suspectus
de Calui-
nismo.

Bergii
sententia

Bergius
Pastor in
templo
Mariae.

se ab ista dissentire, verum etiam vocationem suam pondus nullum fuisse habituram, si quidem de Confessione Synodorum anni 78. & 79 sibi quidquam confitisset. Contradixit etiam libro Chemnitii de Persona Christi, ut qui nullo fundamento niteretur: testatus, verba Cœnæ Dominicæ se in plano & nudo sensu absq; tropo intelligere, falsamq; Sacramentarium hæresin auersari, quam pro concione & in publicis lectionibus taxandam censeret. Ad illum semet modum explicans, ex auctoritate Ducis, Ecclesiæ Marianæ Pastor salutatus, in stationem eius Salomon Gesnerus, quem alias Wesenbœccius blateronem, libidine conuiciandi & calumniandi prurientem, appellat, ab aula ascitus fuit. Amicissimè in hac mundi facie Christianum Saxonem complectebatur Iohannes Georgius Elector, tum propter Augustum Parentem, qui id vnice petierat, tum propter Sophiam filiam suam, quam ipsi in matrimonium elocauerat. Hæc in Pietate sincera rectè educata, à Caluinismi fermento vehementer abhorrebat, quod

quod tamen sexus muliebris infirmus
iudicaretur, & facilius circumuentus in
fraudem, quam genus masculinum, in-
curreret, precesq; feminarum, in primis
uxorum, efficaciores crederentur, sub-
ornati quidam ex aulicis, gratia pollen-
tes, Catechismum Calvinianum pulchre
exornatum, ipsi cum multis encomiis
obtulerunt. Quæ extemptò librum, si-
cut oblarus erat, Christiano Duci com-
municauit, commemorans simul, quibus
autoribus Gynecæo obtrusus esset. Is sa-
gaciter perspicuus, quid monstri & doli
subesset, ad ludum culinam ingressus,
batillo adhibito, Vulcano consecrauit.
Instituerat etiam Augustus Elector sa-
pientissimus officinam Typographicam
aulæ, ut certa & utilia monumenta in ea
excuderentur. Ea patris sancti vestigia
secutus Christianus filius, Biblia Lu-
theri Germanica, quibus non multò an-
te abitum ex hac caduca vita Vir ille
Dei supremam manum limamq; adhi-
buerat, in eandem officinam, serio man-
dans, ut cum fide, & singulari diligen-
tia, cuncta imprimerentur, ipse attulit.

D

Sed

Dofus
Caluini-
anorum.

Christo
ni Saxo-
nis fa-
ctum.

Officina
Typo-
graphicæ
aulæ Dr.

Concionatoris
aulici fa-
cinus.

Clemens
Ludouicus
Præfetus
Besicouianus.

Martinus
Cromerus
Poloniae
Historicus.

Sed hanc principis heroicam Pietatem interceptit, adeoque interuerit Concionator aulicus Salmuthus, adulterina n. Calvinianam genuina suppressa supponens, persuadere imperitioribus conatus, eiusdem cum priore normæ esse.

XXVI. Ianuarii claudit diem extremum Clemens Ludouicus, Præses Besicouianus, literatorum Patronus, in iuuentute operam utilem scholis nauans, à Iohanne Brandenburgico, acuto ingeniorum & morum Censore, ad negocia aulica adhibitus, in tantum ipsi sdem atque industriam probauit, ut eum Præfeturæ Besicouianæ præponeret. Obiit eam XIII. Martii Martinus Cromerus Episcopus Varmiensis, fundator Historiæ Polonorum, & regius Orator, qui etsi in reliquis suam laudem meretur, in eo tamen culpandus est, quod communem Polonorum consuetudinem imitatus, qui in deformandis Germanis ingeniosi atque facundi videri volunt, ad illorum ingenium stylum suum interdum conformare videretur. Idem fatum subit XXVIII. Aprilis Francofurti ad Viadrum

Viadrum Michael Haslobius Berlinien-
sis, Poëta magis naturalis, quàm artifi-
ciosus, Professor illius Academiae, qui si
ad naturam artem adiecisset, Poëtarum
Princeps dici posset. Facilius enim cum
fluant carmina, minus elaborata cre-
duntur. Maius iudicium, & vis neruo-
sior in Iohanne Schoffero, qui hortatus,
Haslobium, ut fortunas suas Franco-
furtum transmitteret, ita alloquitur.
Transeat Haslobius Princeps & gloria
Varum, subiecit hic ex tempore, Si tibi
sum Princeps, tu mihi Cæsar eris, perpe-
tua modestia excellentiam in Schoffero
agnoscens. Vir totus candore animi, nul-
libi fucato, integerrimus, perit ad eò
dissipatis rei domesticæ copiis, ut ad effe-
rendum funus instrumenta necessaria
venierint. Lamperto Distelmeiero re-
bus humanis exempto, Nicolaus Crelli-
us, Christiani Saxonis Cancellarius, ali-
quid sibi, breuibus Gyaris & carcere di-
gnum, audendum putabat. Et quia in
aula Dresdensi gratia & auctoritate
præstaret, animum Saxonis, variis ar-
tibus & technis circumuentum, pedeten-

Michael
Haslobi-
us Poëta
& Pro-
fessor
Franco-
forden-
sis.

Nicolaus
Crellius
Cancel-
larius
Saxo-

Consilii
de abro-
gando
Exorcis-
mo.

Simon
Iodiccus
conco-
ctor auli-
cus Halæ

zum tentare cepit, visusq; Urbanus Pie-
rius inter alios idoneus, qui actionibus
futuris facem turbarum præferret, &
si bona verba fraudulentag; nihil profi-
cerent, vis sane atq; iniuria præuale-
ret, Antequam tamen ad maiorem mu-
tationem descenderetur, prodromi vice,
exorcismus antiquandus atq; abrogan-
dus in theatrum productus fuit, quod
de re, ut nominabant, leuicula certamen-
minus præsumebant. Iam de hac inno-
uatione per Misniam ad alios populos &
Principes percrebuerat, quibus eam ac-
ceptare vel approbare integrum non
erat. Ex his Ioachimus Fridericus Bran-
denburgicus, de consilio Simonis Iodic-
ci, Concionatoris aulici, ad hanc auer-
tendam pestem in prouincia Magdebur-
gensi nihil reliqui fecit. Ortum Iodiccus
traherat ex familia honesta in oppido
Misniæ Wurfeno, quod antiquitus An-
tistitum Misnensium iurisdictionem re-
cognoscebat, atq; etiam num Ecclesiam
Cathedralem, collegiumq; Canonicorum
præstat, anno M. D. LI. die Apostolo-
rum Simonis & Iudæ. Ingenium cum
aptum ad colenda studia haberet, paren-

res nihil prætermiserunt, quod ad re-
tam educationem, & probatam institu-
tionem pertinebat, breuiq; eos in Patria
schola progressus fecit, ut omnes æqua-
les vinceret, & summam de se in impube-
re ætate spem concitaret. Iocundum hoc
contigit Parenti, qui ut in laudabili in-
stituto filium confirmaret, cum Lipsiam,
uberioris ingenii cultus capiendi gra-
tia, adduxit. In ista Academia cum ho-
norum præmia assiduitati & industriæ
proposita cerneret, calcæ æmulationi
honestæ addiderunt. Quandoquidem au-
tem ad dignitates capeffendas aditū fa-
ceret Baccalaureatus, is Iodicco adhuc
adolescens à Collegio facultatis Philo-
sophicæ honorificè decretus, totius ipsi
Academiæ gratiam collegit. Trahebat
ille crebra secum disputandi & decla-
mandi exercitia, in his digito monstra-
riet, & dicier hic est, longè pulcerrimum
ipsi arridebat. Breui igitur Cyclopæ-
diam artium nobilissimarum, quæ ho-
minem ingenuum maximè decent atq;
ornant, sagacitate ingenii, complexus,
& Philosophiæ Magister renunciatus.

D 3

in

Iodiccus
Patriæ
scholæ
alumnus

Iodiccus
Lipsiam
missus

Ad Ma-
gisterij
gradum
prouchie-
tus.

in publico & priuato examine, collegio
excellētis eruditionis laudem proba-
uit, eamq; ad Christi pedes depositam,
simul ad Dei Opt. Max. gloriam refe-
rens, totum se studio Theologico addixit.
Quod cum magna ex parte Hebraicis li-
teris niteretur, eas simul cum rebus ipsis
imbibens, Hebræus & ipse, propter acu-
ratam linguæ scientiam, multis visus
est. Hinc ad professionem publicam in ea
facultate admissus, non quod ipse ambi-
ret, sed quod Senatui Academico ita
placuerat, usumq; practicum ad theori-
am adhibens, fama eius virtusq; etiam
remotioribus innotuit. A quibus certam
expetitus, commodissime viuendi
oportunitates, aliquoties honorifice ob-
latas, posthabuit, quod sibi ex monstrata
diuinitus statione non excedendum cen-
seret. Et quoniam ea multos opinio te-
neret, illam vitæ, rationem, quam Aca-
demia designaret, optimam esse, & alia
interim societatis humanæ genera par-
ticiparentur, quod familiare in primis
est ociosis, qui maioris Pietatis ducunt,
in solo loco conclusum, vitæ innocen-
tiam

Hebrææ
linguæ
Profes-
sor.

Statio
Acade-
mica.

riam tueri, quàm multorum commodis
inferuire, cum tamen Deus ipse in va-
riis conuersationum actionibus coli ve-
lit, si modo cultus diuinus omnibus pro-
positus est. Is Iodiccum in amplissimum
exerendi solidæ Virtutis præstantiam
theatrum produxit, fecitq̄, ut in Theo-
logia Licentiam accipiendi gradum Do-
ctoris adeptus, Serenissimo Principi Io-
achimo Friderico Magdeburgico à con-
cionibus esset, eiusq̄ opibus in Docto-
rum Theologia Ordinem eueberetur, in-
spectione ipsi Ecclesiarum totius Archie-
piscopatus demandata. In qua statione
semper ad eum modum sese gessit, ut ab
omnibus coleretur, à principe verò ma-
gnifieret. Qui cum in legitimam posse-
sionem paternarum ditiorum Branden-
burgensium hæres immissus esset, Iodic-
cum quoq̄ secum in Marchiam Berli-
num iraduxit, tribuitq̄ ipsi authorita-
tem inter reliquos Ecclesiarum mini-
stros, potestatemq̄ agendi pro sacris de
iure diuino, primarium assignans ipsi
in Consistorio Electorali, & inter Consili-
arios locum, ad quem nempe grauissima

D 4 - religio-

Vocatur
Halam.

Concio-
nator auc-
licus.

Superin-
tendens
Ecclesia-
rum in
Episco-
patu
Magd.

Iodiccus
Berlinū
transijt.

Aff. stor
Consi-
storij.

**Præfectorio
Ecclesiastico,**

Visitor

**Præpositus
Coloniensis.**

religionis negocia referret. Magna hæc laus est, in rebus secundis non efferri, & in aduersis animum non despondere. Et si enim Iodiccus à magistratibus in honore, & à ciuib9 in precio haberetur, & fortuna aliis animum addidisset, is tamen perpetuo sui similis, præsidium oppressis, subsidium egenis, portus naufragis, asylum miseris, admirabili humanitate comitateq; incredibili, semper fuit. Ferrario Ecclesiastico ab Electore præfectus, nullum à se tristem abise passus est. In Visitatione Ecclesiarum atq; Scholarum publica, quam nominatim ipsi Elector mandauerat, quantum religioni, quantum Ordini Ecclesiastico, quantum Marchiæ commodauerit, grata agnoscet posteritas, agnouit Elector, qui ipsi hoc nomine præposituram in templo Cathedrali Coloniæ ad Sueuum addixit. Ad cuius exemplum suas conformans Marchia rationes, Virum de se optime meritum exosculata, ipsi bene precatur, suam salutem ex illius incolumitate metiens. Sub mensem Maii, Francofurti ad Viadrum iuuenis, à matre & sorore lethaliter cæsus, paulo post animam ge-

medundus exhalat. Ob id scelus ad Or-
cum usq; damnatæ, cum in omnium ore
pessime per urbem audirent, attonita
impia mater, ne noxæ rea in pænâ iu-
stè promeritam incurreret, de mortui
corpus tactum voce suppressa appel-
lans, siquidem, ait, tibi huius cædis con-
scia videar, redde aliquod signum, quod
de mea culpa testimonium exhibeat, meq;
tibi ream statuât. Eue stigîo sanguis, ex
naribus mortui profuse stillans, astor-
giam inhumanam evidentissima proba-
tione manifestiorem fecit, dum in exan-
gui corpore sanguis, quasi reuiuiscens,
in vindictam minitatum euigilaret,
Deumq; testem vocaret atq; faceret. Et
baud longè à Stendalia pagani cuius-
dam forda vetulum carnea massa, in-
star amicidi collaris oblongi rugati cir-
ca collum, & pedes primores vestitum
enixa est. In Borussia verò successit
Cromero Episcopo Varmiensi Andreas
Bathoræus Cardinalis, Stephani Regis
Poloniæ Patruelis, frementibus atq;
frustra repugnantibus Borussis, qui te-
nere suorum priuilegiolorum Antistitem

Mater
occidit
filium.

Nemesis
iusta.

Forda ea
nixa vi-
lulum
prodigia-
olum.

Priuile-
gium
Borussor
rum.

D S

sue

Julius
Dux
Brunsvi-
censis ex
tingui-
tuta

Legati
Branden-
burgici.

suæ gentis hominem postulabant. Die
III. Maii, transit ex hac ærumnarum
valle in regnum cæleste Julius Dux
Brunsvicensis, & XI. Iulii Wolfelby-
teri iusta ipsi ab Henrico Iulio filio, in
maxima celebritate & concursu horai-
num, fiunt. Ad cuius funus cohonestan-
dum Ioannes Georgius Elector Ditericū
Schulenburgium, & Adamum Slibeniū,
& Carolum Barthum, Nouæ Marchiæ
Cancellarium mittit: Ioachimus verò
Fridericus Magdenburgicus amandat
eò Ernestum Mansfeldium, & Christo-
ferum Wolffium Thausium, aulæ suæ
Præfectum. Tumulatur in arce Lycao-
nia ætatis suæ anno LXI. Heduigis
Brandenburgica relicta vidua Brun-
svicensis Hirsium mæstissima concedens,
illud, splendidius ex ædificatum, aulæ
suæ sedem nuncupat. Et quia desideri-
um Principis mariti grauius ferre vi-
deatur, ad eam visendam accinguntur
Catharina Brandenburgica cum Elisa-
betha Luneburgica, ad iustum tempus
apud eam moratæ, dolori & ægriudini
illius medicinam efficacem, afferant.
Reliquit

Reliquit ex coniuge Brandenburgica Iulius Dux tres filios. sed ex his natu maximum Henricum Iulium non solum ex testamento & voluntate suprema, sed etiam ex Constitutione & Concessione Cæsarea, quam Carolus V. Imp. obsignauerat, hæredem omnium prouinciarum tam in tractu VVolfenbuteliensi, quam Calenbergensi, comitatu Hoiensi, diuisione Grubenhagenensi, & ad syluam Hercyniam in Brueterorum regione, hæredem unicum nominauit, cum iam ante Præsul Halberstadiensis designatus esset. Cui paulò post Elisabetha, FridERICI Daniæ Regis filia, celebratis Cronburgi in præsentia Iacobi Regis Scotiæ nuptiis, cum maximo apparata die XII. Iunii adducitur, & per Prignitium & Veterem Marchiam iter capiens, tanto tormentorum tonitru, tanta magnificentia, illis hastiludiis, in tali frequentia Principum à sponso excipitur, ut vni mensæ in arce Lycaonica assidentes, utriusq; sexus numerati sint Principes vndequinquaginta. Inter hos Iohannes Georgius Elector pro munere nuptiali ceruis

Hæres
ditionis
Paterna-
rum Hen-
ricus Iu-
lius.

Diriones
Brunsvi-
centis.

Nuptiæ
Henrici
Iulij Du-
cis.

Aestas
seruena-
issima.

Frieder-
icus Bis-
marcus
confodi-
tur.
Oster-
burgom

Eberstei-
ni Comi-
tus im-
matura
mors.

uis quadringentis sponsum donauit. Fri-
gus hiemis intensum ardentissimus sub
aestatem subsequutus aëstus, non modo sta-
gna & viridaria exsiccauit, segetis te-
tra uredine adussit, fossas exhausit, hor-
torum germina suffocauit, sata defati-
gati & arenosi soli depauit, annonam ex-
candefecit, & corpulentos grauius af-
fixit, sed et in variis incendiis prædi-
orum, domorum, pagorum, & oppido-
rum occasionem, & familiis equestribus
pestilens, contentionum, litium, certa-
minum, pugnarum, cædium materiam
inter vicinos & nobiles, de limitum iure,
præbuit. Ex ea causa Fridericus Bis-
marcus, non procul ab Osterburgo, quod
Comitum eius nominis memoriam reti-
net, & Senatum humanissimum præ-
stat, a Rhedero sclopeto confossus, imma-
tura morte periit. Et V. Id. Quintilis
Francofurti ad Viadrum, Ludouicus
Ebersteinius Academiae Rector Magni-
ficus, in flore uernantis iuuentutis læ-
tissimo, dum tenerum corpus Viadro ab-
luendum comisit, pede non firmiter fixo,
ingurgitem abreptus, una cum Lauren-
tio Zocchio triplicissimo fato, Ludouico

Patri deſideratus, uſuram huius uitæ
reliquit. Eodem menſe comitia regi
Poloniæ in Colo oppido habebantur, ad
quæ Boruſſia legationem miſit, erantq;
proſcripti, vindictam coquentes, hac
præcipue cura occupari, ut Georgium
Brandenburgicum apud Regem & Pro-
ceres in inuidiam, quiete publiæ ob pri-
uatum captatum commodum turbata,
perſide traherent, ſed quorum accuſatio
poſthabita, apud Regem eiusq; Conſili-
um locum nullum inuenit. Et quia ſum-
mi Principes vix maleuolorum fraudes
effugere queant, & ſub hoc ipſum tem-
pus Henricus Gallus, quem Marchia re-
gis honoribus exceptum ad Poloniæ fi-
nes aliquando cum magno comitatu de-
duxerat, & quem Biothanaum futu-
rum Gabriel de Maruiſia dudum præ-
dixerat, XXII. Iulii, cultri venerari
iſtu à monacho tranſfixus eſſet. Georgio
Friderico iuſtam formidinem redeundi
in Boruſſiam iniecerunt, non quod fide-
lium ſubditorum animis diffideret, ſed
ut quietis ſuæ incolumitati ſarctæ re-
tæq; conſeruandæ, rectius conſuleret.

Comitia
regni Po
loniæ.

Proſcri-
ptorum
& per ſu-
torum
vindiſta

Georgio
Frideri-
co in Bor
ruſſiam
reuerſi
periculoſa
ſum vie
detur.

Itaq;

Itaq; Borussis, ab aula Conigspergersi
prouocantibus, necessitas imposita est de-
ferendi libellis supplicibus querelas su-
as, de iniuriis acceptis, in Franconiam
ad aulam Onolsbacensem. In qua ei si

Nicolaus
Stademā-
nus aula
Onols-
bacensis
Cancel-
larius.

Nicolaus Stademannus, iuris utriusq;
Doctor Ferrariensis, & Cancellarius
Georgii Friderici Brandenburgici, Vir
ad causas & controuersias dextrè diu-
dicandas natus, desiderii omnium sa-
tis facer cuperet, quia tamen intricatio-
ra pleraq; essent, quàm ut in tantis &
rot occupationibus & negociis celerius
expedirentur, interuallum istud locor-
um dissitorum longinquum, difficul-
tasq; itineris, & iactura temporis atq;

Molestia
& quere-
la Borus-
sorum.

fortunarum molestissima, omnino cali-
dis ingenijs, & paupertate oppressis ac-
cidit. Neq; sane parùm momenti huc at-
tulit istud eaput, perpetuis aulæ queri-
monijs obnoxium, quod ab aula Conigs-
pergersi definita, perperam denuò in
controuersiam Onolsbaci violenter ra-

Arx Le-
busiana
incendio
perit.

perentur. Die XV. Iulii arx Lebusia-
na, op> Georgii Blumenbalii Episcopi,
cum oppido eius nominis, quod ad col-
lem,

lem, ab ortu Solis insurgentem, descendit, ex improviso incendio conflagrat, commodum exhibens spectaculum, quod pecuniam paratam in ærarium Principis inferendi non tam facultatem, quam necessitatem sibi ademptam præsumeretur. Vix enim ullum hodie genus hominum licentius peccat, quam scribarum, & hinc sine multo labore ad dignitates, opes, voluptatesq; aditum luculentum sibi patefacit. Oppido instaurato, Iudæorum gens arcem quoq; in pristinum nitorem reducere parata fuit, si & ipsa in pristinum statum per Marchiam, cum consensu Electoris, cuius facultas publica lege ipsis erat præcisa, restitueretur. Maximilianum certis conditionibus dimittendus, honorifice salutatur à Sigismundo Poloniæ Rege, deductus ad Regni fines, ut iuratoriæ cautionem de non vindicando præstaret, fretus firmiore equitum Cæsarianorum cohorte, iurare recusat, & relictis Polonis rectâ Pragam ad Rodolphum Imperatorem fratrem contendit, qui ipsi multa cum procerum turba, magnoq; satellitio stipatus

Scribarum intolerantias


Maxillanus dicitur
est custos dia.

Fridebergum *Oppidum* **Op-**
pidum *in Noua Marchia Fridebergum,*
Nouae *ordinis Crucigerorum in Borussia opus, in*
Marchiae *eo Iacobus Ianitius Consul Polono fili-*
am desponderat. Postea cum pæniteret
consilii, quod sponsa, rusticitatis Polo-
nicae pertæsa, ad Germanū compitiorem
vota fidemq̃ transferret. Excanduit
ad iniuriam Polonus, de ea apud Præ-
fectum Deisensem, & curiam aulæ Cu-
strinensis conquestus: Itaq̃ Patrocinio
Palatini Posnaniensis sibi in auxilium
aduocato, literas ad Electorem impetra-
uit, quibus pro Polono intercessit. Sup-
pressæ & illæ fuerunt, & quia in æqui-
tate parum præsidii inueniret, versus
ad actiones violentas, dolore animi lap-
sus, ad tristes carceris casus recidit. Ex
quo vadibus datis liberatus, furor mox
Diabolicus immani insolentia totam
fermè subactam urbem sibi obnoxiam
facere cepit, quæ res turbis incredilibus
in Marchia materiam præbuit,
sicut inferius copiosè
narrabitur.

Ianitius
Consul
Frideber-
gensis.

Furor
Diaboli-
cus mau-
ditus.







COUILLIN 1607



RX

1688.

